

nómíne representári sibi mináci legatione flagítaret; Ranimirus, qui Legionis Regnum nuper adierat, ad effrontem Mauri postulantis audaciam totus inhóruit: certisque audacísima quaque experiri potúis, quam tantum Christianæ fidei probum, tantam nómini Hispano labem aspérere; aut pati, ut Christianæ Virgines Mauris, id est, margaritæ porcis, innocéntes agnæ vorácibus lupis traderéntur, ex tota ditione, quotquot erant armis idónei ad signa vocávit; coactóque exercitu, quem Præsules, Sacerdotes, alique viri sacri, ut in communi discrimine, sponte sequebántur, in Maurórum fines ultró animósus irrápit. Abderramánus contrá, potentia tímídis, repúlsá feróx, & Ranimiri provocatióne feróricus, auctis novo deléctu veteránis cópiis, Africá etiám in auxilium evocátá, impigrè Christianis occúrrit.

Assúmpsit Jesus Petrum, & Jacóbum, & Joánnem fratrem ejus, & duxit illos in montem excélsum seórsúm: Et transfígurátus est ante eos, alleluia. **V.** Et ecce apparuerunt illis Móyses & Elias cum eo loquéntes. Et.

Lectio v.

AD Alvéldam, Rivógiæ óppí- dum, collatis signis, totis utrinque viribus, & tantá contenti- one depugnátum est, ut atroc, crúentaque dimicatio diem extrá- xerit, ancipiti semper, & pendén- te victória: donec eá sub noctem in Mauros jam inclinátæ, Ranimirus fatigatas, & promptíssimó- rum necé imminutas cópias in pró- ximum collem, cui Clavigio nomen est, opportunè subduxit. Loco pro tempore munito, & vulneratis curá adhibítá, in suprémam rerum desperatione, luctuóse, omnes, ut fit, in vota, & preces effusi,

Regem móróre conféctum, & de suórum salute sollicitum, anxiúm- que, somnus opprésit. Dormiénti objecta est species viri angústior, quam pro humano hábitu; & sciscitánti quisnam esset? Sum, inquit, Jacobus Apóstolus, cui à Dómino Hispaniæ tutelá commissa est. Ne time: mané adero, & me duce, de circumfúsa Saracénórum multitudine illástrém victóriam reportábis. Rex ad has voces evigilans, & nuntio lætus, Præsules, Magnátes, Duces ad se vocat, & de re tota edóctos, ac celéstibus promissis animátos, militum etiám ánimos erigere, manipulos ordináre, aciémq; instrúere jubet.

R. Potéstis bibere cálicem, quem ego bibo? aut baptismo, quo ego baptizor, baptizári? dixit Jesus Jacobo & Joánni filiis Zebedæi.

At illi dixerunt ei: Possumus, alleluia. **V.** Cálicem quidem, quem ego bibo, bibétis: & baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini. At illi.

Lectio vi.

TUm, signo dato, Hispani é vértice montis, velut impávidi leónes, aut ursi præcipientes ruunt, irruúntque in Mauros mirá alacritáte, magnisque vóciibus Sanctum Jacobum ingenimánates. Apóstolus, uti erat pollicitus, equo insidens candidíssimo, niveum vexillum præferens, gladióque fulmineo minax, Hispanos suos antea, atque in hostem ducere visus est; equóque, & ense acérrimus Mauros furéntes stérnere, ac proculcáre, poné sequéntibus Hispanis, & per atrónitas jam phalanges terróre, & stragem latè spargéntibus. Deinde afflicta, ac lacerá illa Hispanórum reliquiæ, cæsis septuaginta circiter Saracénórum millibus, reliquis profligátis, iugo Mau-

Mauricæ servitútis excúso, & turpíssimo vectigáli prorsus abólitó, de hoste superbíssimo, & paulo antè victóre, gloriósè pariter, ac miraculosè triumpharunt. Rex, Præsules, Magnátes, Duces, victóriæ exercitus, secundum grátias Deo actas, univérsam Hispaniam beato Jacobo vectigálem fecére certæ mensuræ frumenti, viniq; pro singulis terræ júgeris, primitiárum more, ex voto pendéndæ. De quo extat luculéntum Ranimiri Regis Diplóma, aliorúmque etiám Regum Diplómatis insértum, confirmatúmque, Romanorum Pontificum Decréti roborátum, & perpétuá ad hodiérnam diem observantiá ratum, ac firmum. Porró victóriam adeó mirábilem, & Hispaniæ salutárem, Deo, ac beato Jacobo Patróno suo adscribendam, Hispania ipsa anniversáriá gratitudiné, ac celebritaté profitétur.

R. Assúmpsit Jesus Petrum, & Jacóbum, & Joánnem secum, & cepit pavére, & tædere. **E**t ait illis Tristis est ánima mea usque ad mortem, alleluia. **V.** Sustinète hic, & vigiláte mecum. **E**t ait illis. Glória Patri. Et ait illis.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

Lectio vij. Cap. 20. e.

In illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

CRedéndum est, quód illa máximé causa, vel muliebrem matris affectum, vel carnáles adhuc discipulórum ánimos ad hæc postulanda concitáverit, quia meminissent sermónis Dómini, cum

ait: Cum séderit Filius hóminis in sede majestátis suæ, sedébitis & vos super sedes duodecim; noscéntque se inter discipulos specialíus à Dómino diligi, se specialíus cum beato Petro cóncios sapè factos arcánórum, quæ ignórent cæteri, quod frequens sancti Evangelii textus indicat.

R. Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesiá: Occidit autem Jacobum fratrem Joánnis gládio, alleluia. **V.** Ecce ego mitto ad vos Prophétas, & sapiéntes, & Scribas; & ex illis occidéntes. Occidit.

Lectio viij.

Hinc est enim, quód ipsis quoniam, quómódo Petro, novum ab illo nomen impónitur: ut sicut ille, qui priús Simon dicebátur, per fortitudinem, ac stabilitatem fidei impugnábilis vocabulum Petri meruit; ita & isti Boanerges, hoc est, filii tonitruus vocaréntur: quia videlicet & vocem Patris super Dóminum in monte clarificátum á se cum Petro audierunt, & plura illiis discipulis mysteriórum secretá cognóserent.

R. Iste est qui ante Álios Apóstolos primus plantávit Ecclesiám sanguine suo: **C**ujus corpus in Gallæciam delátum, per totum orbem glória illustrátur, alleluia. **V.** O sidus, ó decus Hispaniæ, Sancte Jacóbe Apóstole, intercede pro nobis ad Deum qui te elégit. Cujus corpus. Glória Patri. Cujus.

Lectio ix.

Quia verò idem filii Zebedæi promptum gerébant ánimum ad bibéndum cálicem Dómini, constat eos cum cæteris Apóstolis dignitatém sédium, quam quærébant, accepisse, non tamen ea distincti- óne, qua petébant; sed ambo priús ad sinistram ejus ad tempus, ambo

nunc ad dexteram ejus sedere perpetuo meruerunt. A sinistris quippe Christi sedebant, cum regendis in hac vita fideiolum populus Apostolico jure præsiderent, illo nimirum in regno, de quo ipse ait: Regnum Dei intra vos est. Sedent à dextris nunc in illa, quæ mortem nescit, vita, iudices mundi cum illo, utramque hanc sedem illis pro Filio cum Patre parante.

Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDES.

& per Horas, Antiphona.

Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo, alleluia. *Psalm.* Dominus regnavit, cum reliq. de Dominica. 14. Antiph. Dic, ut sedeant hi duo filii mei, alleluia. *Añ.* Potestis bibere calicem, quem ego bibitarus sum? Dicunt ei: Possumus, alleluia. *Añ.* Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam & ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo, alleluia. *Añ.* Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister, alleluia.

Capitulum. Fratres, Puto. Hymnus. Defensor alme, ut supra in primis Vesperis. 123.

Y. Annuntiaverunt opera Dei, alleluia. *R.* Et facta ejus intellexerunt, alleluia.

Ad Benedictus, Antiphona. Mirabilem Sancti Jacobi Apostoli hodie psallentes victoriam, maximo cum gaudio laudamus nomen Domini, alleluia.

Oratio.

Deus, qui Hispaniarum Gentem beato Jacobo Apostolo tuo protegendam misericorditer tribuisti, & per eum ab imminenti

exitio mirabiliter liberasti: concede quæsumus; ut eodem protegentis pace perfruamur æterna. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate, &c.

Ad Tertiam, Antiphona. Dic, ut sedeant. *Capitulum.* Fratres, Puto quod Deus, ut supra. 123.

Y. breve. In omnem terram exivit sonus eorum, * Alleluia, alleluia, In omnem. *Y.* Et in fines orbis terræ verba eorum. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. In omnem. *Y.* Constitues eos principes super omnem terram, alleluia. *R.* Memores erunt nominis tui Domine, alleluia.

Ad Sextam, Antiphona. Potestis bibere calicem.

Capitulum. 1. Cor. 4. e. **N**os stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles. *R.* breve. Constitues eos principes super omnem terram. * Alleluia, alleluia. Constitues. *Y.* Memores erunt nominis tui Domine. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Constitues. *Y.* Nimis honorati sunt amici tui Deus, alleluia. *R.* Nimis confortatus est principatus eorum, alleluia.

Ad Nonam, Antiphona. Quicumque voluerit.

Capitulum. 1. Cor. 4. d. **N**am si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.

R. breve. Nimis honorati sunt amici tui Deus, * Alleluia, alleluia. Nimis. *Y.* Nimis confortatus est principatus eorum. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Nimis. *Y.* Annuntiaverunt opera Dei, alleluia.

R.

In secundo Nocturno.

Ex Scripturis S. Gregorii septimi,

& ex S. Eulogio in Apologetico Martyrum.

Lectione iv.

Euphrasius Apostolorum discipulus, cum Torquato, Cresiphonte, Secundo, Indaletio, Cæcilio, & Hesychio, Romæ à Sanctissimis Petro & Paulo, Episcopis ordinatus, in Hispanias ad predicandum verbum Dei unà cum illis, ab isdem Apostolis directus est. Hic ergo, & Sôcli, cum variis urbibus, destructâ Idololatria, Christianitatem fundasset, & Religionem plantasset, ordinem, & officium in divinis cultibus ostendissent, & sanguine suo Ecclesias dedicassent, ea in Provincia diversis in locis quieverunt; è quibus Euphrasius Illiturgi Martyrii palmam consecutus esse dicitur. Ejus corpus pie reconditus est in loco, ubi Basilica ejus nomine Sisebuti Hispaniarum Regis tempore extracta est: cujus Basilicæ, cum Sacrae Hispanias occupantibus, nulla remanisset vestigia, Dei tandem voluntate factum est, ut recens anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio extructa sit. In quam anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, mense Majo, beati corporis pars è Parochiali Ecclesia oppidi, cui Valdemano nomen, translata, restituta est. Ubi religiosa veneratione, summæ celebritate, & maximo populorum concursu colitur.

R. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine, & æternitas temporum, alleluia, alleluia. *Y.* Læticia sempiterna erit super capita eorum: gaudium & exultationem obtinebunt. Et æternitas.

Ser-

R. Et facta ejus intellexerunt, alleluia.

Ad Vesperas, Antiph. de Laudibus. 115. Psalmi ut in secundis Vesper. de Communi Apostolorum. *Capitulum & Hymnus ut in primis Vesperis. 110. Y.* Nimis honorati sunt amici tui Deus, alleluia. *R.* Nimis confortatus est principatus eorum, alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona.

O beatum Apostolum, qui inter primos electus, primus omnium Apostolorum Domini calicem bibere meruit! O gloriosum Hispaniæ regnum, tali pignore ac patrono munimentum, per quem fecit illi magna, qui potens est, alleluia.

Oratio.

Deus, qui Hispaniarum Gentem beato Jacobo Apostolo tuo protegendam misericorditer tribuisti, & per eum ab imminenti exitio mirabiliter liberasti: concede quæsumus; ut eodem protegentis pace perfruamur æterna. Per Dominum nostrum, &c.

DIE XXIV. MAII.

In Festo S. Euphrasii, Episcopi & Martyris, Diocesis Giennensis Patroni.

Pro omnibus Hispaniæ Diocesis. Duplex minus.

Omnia de Communi Martyrum tempore Paschali.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In Diocesi Giennensi, Duplex i. Classis cum Octava.

Omnia de Communi Martyrum tempore Paschali.

Oratio.

Infirmatatem nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actionis gravat, beati Euphrasii Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum nostrum, &c.

Sermo Sancti Joannis Chrysostomi.

Lectio v.

In Oratione de Sancto Ignatio ante medium, tom. 5.

Tempus animadvērite fratres, quo dignitatem hanc beatūs Euphrāsius est assecutus: neque enim eadem est nunc, quae tunc erat Ecclēsiā gubernandi conditio. Non aequalis est labor, viam tritam & planē paratam, post multos ingredi viatōres, atque eam, quae nunc primo secunda est, quaeque praeiūta, & saxosa, ferisque plena, nec ullum adhuc viatorum admisit. Hoc quidem tempore per gratiam Dei, nullum Episcopis periculum imminet, sed pax undique profunda: & tranquillitate cuncti perficimur: cum pietatis verbum orbis terrarum terminos occuparit, & qui regna, atque impērium obtinent, eandem quam nos fidem studiōse colant, atque observent. Tunc autem nihil erat huiusmodi, sed quocumque quis oculos videret, ubique praecipitia, bārathra, & bella, & pugnae, & pericula. Imperatōres, & Reges, & Populi, & Civitates, & gentes, & domesticī, & alienī credentibus insidias tendebant.

R. In servis suis, alleluia. * Consolabitur Deus, alleluia. * Iudicabit Dominus populum suum, & in servis suis. Consolabitur.

Lectio vi.

Neque verò id solum erat grave: sed etiam quod credentium plerique, utpotē tunc primum nova dogmata degustantes, magnā egēbant sollicitudine; & erant inbecilliores, & saepe supplantabantur. Quod quidem non minus affligēbat Doctōres, quam aeterna bella; quin etiam multo magis: externae enim pugnae, atque insidiae, propter repositae mercēdis spem,

voluptatem etiam aliquam afferēbant. Idcirco & Apostoli gaudētes à conspectu concilii discedebant, quod verbera pertulissent. Itaque Paulus etiam clamat: Gaudeo, inquit, in infirmitatibus meis. Et semper in tribulationibus gloriatur. **R.** Filiae Jerusalem, venite, & videte Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus, alleluia. **V.** Quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. In die solemnitatis. Glōria Patri. In die solemnitatis.

In tertio Nocturno.

Tempore Paschali Homilia S. Augustini Episcopi in Evangelium. Ego sum vitis vera.

Extra tempus Paschale, Officium de Communi unius Martyris, Homilia de primo loco.

DIE XXVIII. MAII.

In Pesto S. Petri Regalati Confessor. Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis Ixxij. praeter ea quae hic apponuntur.

In Hymno. Iste Confessor, mutatur tertius versus.

Oratio.

Deus, qui dilectum famulum tuum Petrum carne mortificatum, ad delicias gloriae tuae assumere dignatus es: concede propitius; ut ad delectationes, quae in dextera tua sunt usque in finem, meritis ejus, & intercessione pervenire valeamus. Per Dominum.

In primo Nocturno Lectiones 4 Scripturae occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Petrus cognomento Regalatus, Vallisoleti in Hispania nobilitus aequae, ac piis parentibus ortus, ubi ipsa pueritia non levia dedit futurae sanctitatis indicia. In il-

illa namque aetate nihil puerile sapiens, coequalium abstinēbat consortio, & in solitariis latitando recessibus, uni vacabat rerum caelestium contemplationi, jam tum à Deo in benedictionibus dulcedinis praevēntus. Flagellis, jejuniis, aliisque poenarum generibus se jugiter macerans, carnem intra subjectionem spiritūs continēbat. Virginitatis, quam ad mortem usque servavit, sollicitus cultor. His itaque exercitiis ad strictiorem vivendi formam se comparans, ea brevi jeicit fundamenta, quae in heretica virtutum mox consurrexere fastigia. Minorum regulam primum in patria professus est, deinde in Aquiliana Caenobio restituta observantia praecipuus adiutor, & promotor fuit: cujus tam rigidi Instituti primordia avidē amplexus, firmiter tenuit, & plenē consummavit.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductōribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostēdit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

Silentium illi perpetuum, somnus brevissimus, juges ex dono lacrymae, quibus praecipue in sacro conficiendo Mystērio perfundebatur, flagellationes cruentae, incensus nudis pedibus, vestis tunica una lacera, & hispida, lectus vel pālea, vel humus: jejunium iuxta sui Institutōris exemplum ad novem quadragesimas usque protrahunt, cibusque ut plurimum panis & aqua. Evangelicae paupertatis mirificus propugnator, & custos, ob cujus exquisitam observantiam in graves etiam, & frequentes offendit injurias, quas immōto alacrique animo sibiens, divinam

pro calumniantibus, & oppugnantibus exorabat clementiam. Quanto in Deum exardesceret amorē, ex eo potissimum apparuit, quod si aliquos invenisset leprosos, domum adduceret, eorumque ulcera lingua etiam detergeret. Fratrum regimen subire coactus, omnibus numeris explēvit officium, & quos privato jam pridem informarat, pulcico deinde confirmabat exemplo.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriae induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loricae fidei, & ornavit eum. Et ad.

Lectio vi.

Aspirium vitae genus Aquilēriae incēptum in Conventu de Scala Coeli ad Durī ripam prope Vallisoletum fundato, firmiter stabilivit, undē ad diversas Hispaniae Indiarumque Provincias extensum. Annum denique agens sexagesimum sextum, austeritate vitae confectus, & mortem sibi vicinam praesentens, Aquilēriam perrexit, ut ibi Deo spiritum redderet, tibi rigorosi instituti sumpsit exordium. Febris correptus, alimnis ad exactam regulam observantiam cohoritatus, suaque benedictione munitus, ad illa verba: In manus tuas Domine commēndo spiritum meum, migravit in caelum pridē Kalēdas Aprilis, anno reparatae salutis millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Cujus viri sanctitatis fama, quae ubique jam percrebuerat, Regina Catholica Elisabetha permota, solēni indicta processione, & astantibus nonnullis Episcopis, & Clero, ejus corpus, quod in communi fratrum repositum fuerat sepultura, in decentiori & nobiliori tumulo reponendum curavit. Quare ex confluentium multitudine, multis inde obtentis beneficiis recedentium, servi Dei

Dei cultus mirifice propagatús est. Quo solèmniter à sacra Rituum Congregatióne approbató, Innocèntius Papa Undécimus de ipso Missam, & Officium die decimatertia Maii celebrári concessit.

R. Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in requiem meam; * Quia te vidi iustum coram me ex ómnibus géntibus, alleluia. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervénit ad cælestia regna. Quia te vidi. Glória Patri. Quia te vidi.

In iij. Nocturno, Lection. de Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelio. Sint lumbi vestri, ut in Comuni Confessoris non Pontificis. lxxvii.

DIE XXIX. MAII.

Fit de S. Ubaldo Episcopo & Confessor. Semiduplex, ut in Brev. Rom. die xvi. huius.

DIE XXX. MAII.

In Festo S. Ferdinandi Regis Hispaniæ, Confessoris.

Duplex j. Classis cum Octava.

Omnia de Comuni Confessoris non Pontificis. lxxij.

Per totam Octavam S. Ferdinandi fit de festis occurrentibus, cum Commemoratióne Octavæ juxta Rubricas generales.

Oratio.

Deus, qui beato Confessori tuo Ferdinando præliari prælia tua, & fidei inimicos superare dedisti: concede, ut ejus nos intercessióne muniti, ab hostibus mentis & corporis liberemur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

In primo Nocturno. Lectiones de Commun. primo loco. Justus si morte. lxxiv.

In secundo Nocturno.

Leccio ij.

Ferdinandus Tertius, Castellæ & Legionis Rex, cui Sancti

cognómentum jam inde à quatuor sæculis Ecclesiárum & sæculórum consensu dedere; tantum prudentiæ adolèscens adhuc spécimen præbuit, ut Berengaria mater, Castellæ Regína, à qua persanctè educatus fuerat, abdicatum a se regnum in filium transtulerit. In eo adjúctis regi curis, régia virtutes emicere, magnanimitas, clementia, justitia, & præ cæteris Catholice fidei zelus, ejusque religiosi cultus tuendi ac propagandi ardens stúdium. Id præstitit in primis hæreticos insectando, quos nullibi regnórum suórum consistere passus, própriis ipse manibus ligna comburendis damnatis ad rogium advehébat. Præstitit insuper in erigendis, dotandis, & consecrandis Christiano ritu Cordubénsi, Giennénsi, Hispalénsi, & aliárum úrbium Ecclesiis, Maurico ereptarum jugo, simulque in instaurandis primariis templis Toleatano, Burgénsi, & állis piæ & régia munificentia.

R. Honestum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductóribus tutavit illum. Et dedit illi claritatem æternam, alleluia. **V.** Justum deduxit Dóminus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Leccio v.

Inter hæc, per Castellæ & Legionis regnum, in quo patri Alphonso succésserat, collectis magnis exercitibus, ánnuas expeditiones contra Saracénos, Christiani nómínis hostes, suscepit. In quæ, ut semper vinceret, præcipui exercitus fuere preces plissimi Regis ad Deum fusæ, & quòd ante pugnam, ut sibi Deum propitiaret, flagris in se seviébat, atque áspero cilicio muniébat corpus: sicque insignes contra ingéntes Mauró-

ró-

rórum ácles victórias reportavit, & plures urbes Christiano cultui imperióque restituit; & conquistis Giennii, Córdoba & Murtiæ Regnis, ac Granaténsi vestigall factó, ad expugnandam Hispalim, primariæ Bæticæ urbem, hortante in visióne, ut traditum est, beato Isidoro, olim illius urbis Episcopo, victorica signa transtulit. In ea obsidióne, ut fertur, præsentem divinam opem hábuit; nam ferream catenam, quæ super Bætim transversim extensa, Mahometanis pro repágulo erat, coórto validióri vento, una ex navibus régis, Regis jussu eò delata, tanto impetu fregit, ut longius prætervecta, pontem quoque ligneum, & simul spes Maurórum obruperit, & ad deditiorem coégerit.

R. Amávit eum Dóminus, & ornavit eum: stolam glóriæ induit eum. Et ad portas paradisi coronávit eum, alleluia. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Leccio vi.

Tot victórias beate Virginis Mariæ patrocinio ferébat accéptas: cujus imáginem secum in castris habens, peculiári cultu prosequébatur. Captá Hispalim, prima religiósus cura fuit, nam templum Maurórum expiatum, & Christianórum dedicatum sacris, insigni Archiepiscopatu, & honestissimo Canonicórum & Dignitátum collegio, régia & religiósá liberalitate exornávit. Alia deinde in urbe Tépla & Cenobia erexit: inter quæ pietátis officia, dum trajicere in Africam parat, Mahometanum in ea impérium eversurus, ad cælestem régiam vocávit. In extremo vitæ agone sacram Eucharistiam pro Viatico allatam, fute ad collum alligató, & humi stratus, cum lá-

crimis ubértim fuis adorans, eaque dignis reverentiæ, humilitatis, & Catholice fidei obstetationibus accépta, obdormivit in Dómino. Jacet ejus corpus, incorruptum adhuc post quatuor sæcula, in Templo máximo Hispalénsi, honorificentissimo inclúsus sepúlchro.

R. Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in requiem meam; * Quia te vidi iustum coram me ex ómnibus géntibus, alleluia. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervénit ad cælestia regna. Quia te vidi. Glória Patri. Quia te vidi.

In tertio Nocturno, Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri in Evangelio. Nolite timere, de Comuni lxxxiij. cum nona Lect. & Comm. in Laudib. S. Felicis. P. & M. ut in Brev.

Per totam Octavam S. Ferdinandi fit de Festis occurrentibus cum Commem. Octav. juxta Rubr. generales.

DIE XXXI. MAII.

Secunda die infra Octavam

S. Ferdinandi.

Omnia dicuntur ut in die Festi, præter Lectiones j. Nocturni, quæ dicuntur de Scriptura occurrentes, & Lectiones secundæ & tertiæ Nocturni, quæ dicuntur ut infra Noctantur.

In secundo Nocturno, Sermo S. Joannis Chrysostomi. Beati Ferdinandi dies, cujus Festivitatem, ut in Comuni Confessoris non Pontificis j. loco.

In tertio Nocturno.

Leccio sancti Evangelii secundum Lucam.

Leccio iij.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Dddd

Ho-

Homilla Sancti Fulgentii Episcopi.
Ex *Sermone de Confessoribus.*

SI non omnes possunt implere, quod Dominus ait: Vendite quae possidetis; illud tamen, quod adiecit, dicens: Date elemosynam, omnibus est possibile, si ad sit bona voluntas; omnibus facile, si non adsit dira cupiditas; omnibus salubre, si ferueat caritas; cunctis debet esse commune, ut omnibus donetur aeterna felicitas. Qui ergo tantam virtutem accepit à Domino, ut omnia quae in mundo sunt; coelestis regni amore contemnat, quae habet vendat, & egenis expendat: qui vero tanta virtutis nondum est, de his quae habet, in quantum habet, elemosynam faciat.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum. Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum, alleluia. **V.** Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse.

Lectio viij.

Perfectus possideat primum virtutis locum, imperfectus saltem perveniat ad secundum. Efficiatur ille gloriose dignus, sit iste laudabiliter largus. Sit ille sanctae paupertatis ardentissimus amator, sit iste sanctorum pauperum piissimus consolator. Habeat iste apud Deum patronos pauperes, quos ille se gaudet virtutis habere consortes. Sit ille talis, qui cum Domino iudicaturus sedeat, sit iste talis, qui ad dexteram iudicandus assistat. Sit ille talis, qui aeterna tabernacula perpetuo iure possideat, sit iste talis, quem ille recipiat.

R. Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris:

V. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis, alleluia. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis quâ hora Dominus vester venturus sit. Et vos similes. Glôria Patri. Et vos similes.

Lectio ix.

Thesaurum nostrum, fratres, in caelis ponamus, ut etiam cor nostrum in caelis habere possimus. Necesse est enim, ut qui praecerit dilectionis thesaurus, illuc etiam cogitationis sequatur affectus. Ideo Veritas ait: Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. Ut ergo in caelis thesaurizemus, caelestia diligamus. Vis nosse ubi thesaurizas? Attendere quid cogitas. Ita fiet, ut thesaurum tuum ex tuo amore cognoscas, & amorem tuum indicio tuae cogitationis intelligas.

Te Deum laudamus, 13.

Te Laudibus fit Commemoratio S. Petronillae Virginis, ut in *Evangelio*. Rom.

FESTA JUNII.

DIE I JUNII.
Tertia die infra Octavam S. Ferdinandi.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

De Sermone Sancti Joannis Chrysostomi.

De S. Philogonio, ante medium.

Lectio ix.

AD hanc beatam requiem transeat beatus Ferdinandus: quam igitur oratio par sit viri laudibus, quem Deus tam felici sorte dignatus est? Non est ulla. Sed age, dic mihi, num idcirco silebimus? & cuius rei gratia convenimus? An dicemus nos haud posse magnitudinem gestorum oratione

ne

ne consequi? Atqui ob hoc ipsum necesse est dicere, quancouidem haec est praecipua laudum illius pars, quod factis verba aequiparari non possint. Nam quorum benefacta naturam etiam sperant mortalem, perspicuum est, quod horum laudes excedunt linguam humanam. Haud tamen ob id aspernabitur officium nostrum, quod pro viribus praestamus, sed suum imitabitur Dominum; siquidem & illae viduae duos tantum obolos deicienti in gazophylacium, non tantum duorum obolorum mercedem, sed multo amplius reddidit.

R. Honestum fecit illum Dominum, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus turavit illum? Et dedit illi claritatem aeternam, alleluia. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et.

Lectio vj.

Proinde quamvis nostrae facultates exiguae sint, minimique pretii, attamen, quae possumus, offerimus. Ea licet non respondeant magnitudini meritum animae praecleari justique Ferdinandi, tamen hoc ipsum celestissimum illius maximum fuerit argumentum, quod nec pusilla repellat, sed idem faciat, quod solent divites. Siquidem illi, cum acciperint à tenuibus exigua, quibus non egent, sua vicissim apponunt, remunerantes eos, qui quod poterant, obtulerint. Idem & hic, cum acciperit à nobis laudem & hic, cum acciperit à nobis laudem & hic, cum acciperit à nobis laudem per ipsa facta benedictionem, quae semper uti possimus.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriae induit eum, & ad portas paradisi coronavit eum, alleluia. **V.** Induit eum Do-

minus stolam fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio vij.

Unde igitur laudationem illius auspicabimur? An à magistratu, quem spiritus illi tradidit gratia? Nam mundani magistratus nequaquam possunt Christianorum demonstrare virtutes, quin potius frequenter habent accusationem malitiae. Quam ob causam? quoniam & sollicitudines amicorum, & circumcuraciones, & adulationes, aliaque pernicia his foediora tales magistratus solent conciliare. Caeterum ubi Deus suo suffragio designat aliquem, incorruptum suffragium, alienum ab omni suspicionem iudicium, indubitata fuerit delicti comprobatio propter eum, qui delegit, auctoritatem.

R. Iste homo perfecit omnia, quae locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingeredere in requiem meam. Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus, alleluia. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Quia te, Glôria Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vij.

Cap. 12. a

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilla Sancti Petri Chrysologi.
Ex *Sermone* 22.

Praemia statuuntur iis semper, quibus certamina dura proponuntur: ac pro magnitudine certaminis, praemii proponitur magnitudo. Hinc est, quod discipulis suis Christus regnum ponit in praemio, ut in certamine non cedant periculis, non timori. Pericula des-